

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Cor siue mens e
cum fonte primo

Quid est cor durum?

Ipsum est quod nec conpunctione scinditur,
nec pietate mollitur, nec mouetur precibus;
minis non cedit, flagellis duratur.

Ingratum est ad beneficia,
infidum ad consilia, seuum ad iudicia,
inuerecundum ad turpia, impavidum ad pericula,
inhumanum ad humana, temerarium ad diuina,
preteritorum obliuiscens, presencium negligens,
futura non prouidens.

Ipsum est cui preteritorum
preter solas iniurias nichil omnino non preterit,

futurorum nulla nisi forte ad ulciscendum
prospectio est.

Bernardus V. de consideratione.

Quid ergo cor durum?

Ipsum est quod nec conpunctione scinditur,
nec pietate mollitur, nec movetur precibus:
minis non cedit, flagellis duratur.

Ingratum ad beneficia est,
ad consilia infidum, ad iudicia saevum,
inverecundum ad turpia, impavidum ad pericula,
inhumanum ad humana, temerarium in divina,
praeteritorum obliuiscens, praesentia negligens,
futura non prouidens.

Ipsum est, cui praeteritorum,
praeter solas iniurias, nihil omnino non praeterit,
praesentium nihil non perit,
futurorum nulla, nisi forte ad ulciscendum,
prospectio seu praeparatio est.

Bernardus Claraeuallensis, *De consideratione
libri V.*, 1.3 (SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot,
H.M. Rochais eds., p.396, ll.11-19).